

remittendō venialia; relevandō conscientiam; robur contra tentationes diaboli conferendō: minus principaliter verō tribuat sanitatem corporis, si videatur ad salutem mentis expedire, prout insinuat Trid. d. sess. 14. de Sacram. Extr. Unit. cap. 2. Videatur Clericatus decisi: 83. per tot.

107 Dixi V. agrorantis hominis. Subiectum igitur Extremæ Unctionis est homo, non qualiscunque, sed agrorans tali ægitudine, quæ lethalis appareat, ut innuunt citata Concilia Florentinum & Tridentium. Ex quo cit. Clericatus dec. 79. n. 33. cum pluribus aliis inferi, damnatos ad ultimum supplicium, si

cæteroquin infirmitate periculosā non laborarent, oleō infirmorum iungi non posse.

Dixi VI. Divina institutione ordinatum. Nam, 109 uti cætera Sacramenta Divinitus ordinata sunt, sic & Extremam Unctionem à Christo Domino fuisse institutam, adversus heterodoxos viriliter propugnat omni scientiarum genere præstantissimus Clericatus dec. 62. & 63. per tot.

Superessent adhuc tria Sacramenta, Confirmatio, Ordo, Matrimonium; sed de prioribus duobus jam abundè disserui in Lib. I. tract. 4. de posteriori in toto Lib. IV. ex professo disseram.

SECTIO III.

De aliis Rebus Sacris.

SUMMARIA.

111. & seq. Templum sunt res sacrae. 113. Consecrantur ab Episcopo. 114. & seq. Si praviō dos constituantur. 116. Festivum antecedenter non est necessarium. 117. Missa per alium celebrari potest. 118. Non requiritur dies festivus. 119. Adhibenda sunt cœ omnia Ecclesiastica. 120. & seq. In dubio non presumitur Ecclesia consecrata. 122. & seq. Disceptatur, an Ecclesia, diruta & restaurata, denno sit consecrata? 127. Amissis consecrationi est reconciliatio. 128. Fit etiam ab Episcopo, si Ecclesia fuerit consecrata. 129. & seq. Polluitur Ecclesia injuriōsa humani sanguinis effusione, vel homicidio. 133. & seq. Item voluntaria seminis effusione. 135. & seq. Item sepultura hominis infidelis, excommunicati &c. 137. & seq. Ecclesia hic accipitur strictè pro structura interna. 139. & seq. Pollutio debet esse publica. 141. Altaria quoque sunt res sacrae. 142. & seq. Sunt fixa vel portatilia. 145. Consecrantur cum chrysmate. 146. Et Reliquiis. 147. & seq. Offenditur, quando nam execrantur? 149. & seq. Pollutio Ecclesiæ, non censetur altare pollutum; & vicissim. 151. Pertinet etiam ad res sacras calix & pa-

tena. 152. & seq. Debent specialiter consecrari. 154. & seq. Assignatur materia calicis. 161. & seq. Docetur calicis & patena execratio. 163. & seq. Ubi noviter deaurantur, opus est nova consecratione. 170. & seq. Reducitur ad res sacras tabernaculum. 172. & seq. Item Campana. 174. Earum numerus apud Mendicantes determinatur. 175. In oratoriis privatis non tolerantur. 176. & seq. Non debent adhiberi ad suum profanum. 178. & seq. Sunt praterea res sacrae Sanctorum Reliquia. 180. & seq. Publica cultui sine auctoritate Ecclesiastica nequeunt exponi. 184. & seq. Canonizatio est S. Pontifici reservata. 186. & seq. Mius processus delibatur. 190. & seq. Etiam Beatificatio est reservata. 192. Discrimen inter unam & alteram. 193. Translatio Reliquiarum ab Episcopo potest fieri. 194. Et interdum ab Abbate. 195. & seq. Res sacrae insuper sunt vestimenta & paramenta Ecclesiastica. 197. & seq. Monstratur earum execratio. 200. & seq. Denum ad res sacras revoantur cameraria. 203. Agitur de eorum pollutione. 204. Et reconciliatio.

§. I.

De Templis seu Ecclesiis.

111 **A**liis Res Sacras reducuntur merito & primario Templum, seu Ecclesia. Cum enim Templum principaliter eum in finem ædificentur, ut ibidem & populus Christianus convenire, & Sacrosanctum Missæ Sacrificium offerri, & cætera Sacramenta eâ, quæ decet, reverentiâ & devotione administrari, & DEUS ter Optimè laudari possit & honorari Genesi cap. 28. v. 17. 2. Paralipp. 7. v. 12. Math. 21. v. 23. cap. tabernaculum 2. de Consecrat. Dist. 1. Gonzalez in cap. ab hoc 1. de Consecrat. Eccles. num. 4. Clariss. D. P. Ludovicus Babentuber de Sacrif. Missæ disp. 9. §. 1. n. 1. ab ipsis Apostolorum temporibus observatum, & à Sylvestro I. Papa peculiariter ordinatum est; ut

templa, legitimè erecta, vel per signationem & unctionem parietum cum oleo Sacro ab Episcopo consecrentur, vel saltem per ablationem parietum exterius & interiūs cum aqua benedicta & aspersio ex hyssopo benedicantur, servatis servandis, ab Ecclesia præscriptis.

Dixi I. ab Episcopo. Est enim Ecclesiæ consecratio actus Ordinis Episcopalis cap. quævis 4. Dist. 68. Nec potest ab alio Episcopo, quam proprio fieri cap. nunc autem 1. de Religiof. dom. Minus potest ab Episcopo Sacerdoti simplici committi cap. penit. de Consecrat. Eccles. & Altar. licet benedictionem Ecclesiæ, cum tam arctè Dignitati Ordinis Episcopalis

non cohareat, Sacerdoti simplici posse delegari, novissimè defenderit Clariss. P. Schmalzgruber ad cit. tit. n. 16.

114 **D**ixi II. servatis servandis, ab Ecclesia præscriptis. Inter hæc I. est, ut Ecclesiæ noviter consecrandæ congrua dos assignetur cap. pia mentis 26. XVI. q. 7. cap. nemo Ecclesiam 9. de Consecrat. Dist. 1. sicut enim Matrimonium carnale concludi non solet, nisi de dote sit conventum inter partes; sic spirituale nubium ab Ecclesia cum Christo non potest initiari, nisi dos præcefferit. Clericatus de Sacrif. Missæ dec. 40. n. 20.

Et si, dote non constituta, Episcopus Ecclesiam consecraverit, eam ex suis redditibus dotare tenetur. cap. cum sicut 8. de Consecrat. Eccles. saltem ubi donatio sine præjudicio propriæ Ecclesiæ fieri potest; aut facultates fundatorum sufficientes non reperiantur. Gonzalez ad cit. cap.

116 **N**um. 7. II. ut præmittatur jejuniū, tam ex parte Episcopi consecrantis, quam Patroni Ecclesiæ consecrandæ, prout ex Pontificali Romano statuitur Pax Jordan Elucubrat. divers. lib. 5. tit. 9. n. 28. & seq. & Clericatus de Sacrif. Missæ decisi 41. n. 21. & seq.

117 **S**acris. Missæ decisi 41. n. 21. & seq. III. ut celebretur Missa cap. omnes basilicæ 2. de Consecrat. Dist. 1. Non quidem pro consecrationis essentia, sed pro decencia; aded ut juxta rubricas Pontificali Romani non peccet Episcopus, si consecrationis labore nimium detigatur, non ipsemet celebret, sed per alium

118 **C**elebrari faciat. Pax Jordan d. l. n. 27. IV. ut observetur tempus, quod aliqui de conventu putant esse diem Dominicum aut festivum Clericatus d. l. n. 20. attamen juxta cap. sua 2. de Consecrat. Eccles. nihil interest, fiatne diebus dominicis, aut privatis. Gonzalez

119 **I**bid. n. 2. V. ut adhibeantur ritus & ceremoniæ, ab Ecclesia præscriptæ, quarum ordinem statuit Pontificale Romanum, & mysticam significationem pandit Clericatus de Sacrif. d. dec. 41. n. 54.

120 **S**i dubitetur, an Ecclesia jam semel consecrata fuerit? Recurrendum est ad conjecturas, v. g. cruces, in pariete formatas, famam, & testes, et quibuscunq; unicum, pro consecratione deponentem, sufficere tradunt Panormit. ad cap. proposuisti 4. de Consecrat. Eccles. num. 6. Engel eod. tit. n. 1. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 27. num. 5. & seq. Pax Jordan de Elucubrat. divers. lib. 5. tit. 9. n. 44. Clericatus

121 **C**ir. decisi 41. n. 38. Deficientibus autem omnibus conjecturis, ex generali Juris utriusque Regula, quæ facta non præsumit, præsumitur Ecclesia non consecrata, debetque de novo consecrari cap. solemnitate 16. cap. Ecclesia 18. de Consecrat. Dist. 1. nisi, ut excipit cit. Pax Jordan num. 47. Ecclesia foret Cathedralis antiqua, quæ consecrata præsumitur.

122 **S**i Ecclesiam, jam semel consecratam, destrui & reedificari contingat, refert, an ex integro destruat & reedificetur, nec ne. Si prius; nova consecratione est opus per cap. Ecclesius 20. cap. de fabrica 24. de Consecrat. d. P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Dist. tamen si ex eadem materia restauret. Glossa in cit. cap. de fabrica. Barbosa d. alleg. 27. num. 15. Engel d. l. n. 2. Piafec. in praxi Episcop. p. 1. cap. 5. n. 4. censetur enim consecrata 123 una cum priori Ecclesiæ forma, cui moraliter inhærebat, interitus, nec minus nova formaliter Ecclesia consurgere, quam nova formaliter domus exurgit, quando totaliter destructa ex eadem materia restituitur juxta l. inter stipulantiem 83. §. 5. in fin. ff. de V. O. quidquid sit de navi in d. l. & §. cui Ecclesia magis in gubernatione quam constructione assimilatur. Si posterius; ulterius vi-

124 **D**endum est, an quoad majorem partem destruat, & reparatur, an quoad minorem. Si quoad majorem, vel etiam nobiliorem partem, cujusmodi sunt parietes; consecratio reiteranda est cap. lignis 6. de Consecrat. Eccles. Si quoad minorem, vel ignobiliorem; consecratio non repetitur, licet etiam tectum integrum de novo imponatur d. cap. lignis; cum major & dignior pars trahat ad se minorem arg. cap. quod in dubiis 3. d. 1. Glossa in cit. cap. Ecclesius. Pax Jordan cit. lib. 5. tit. 9. n. 67. Clericatus d. decisi 41. n. 31.

126 **P**lanè si Ecclesia nec simul destructa, nec simul sed successivè ac per partes fuerit resecta, licet paulatim physicè loquendò tota defecere, ac prius ædificium perire videatur, in morali tamen hominum æstimatione & forma illius & consecratio durare censetur, saltem ubi notabilem mutationem non patitur arg. l. proponebatur 76. ff. de Fundic. Barbosa d. alleg. 27. n. 19. Engel cit. l. n. 2. in cuius sine obsecrat, neque tunc nova consecratione, sed ad summum benedictione opus esse, quando Ecclesia ampliatur, & minor pars de novo accedit majori veteri arg. cit. cap. quod in dubiis.

127 **C**um Ecclesiarum Consecratione propinquitatem habet earundem Reconciliatio, si pollutæ seu profanatæ fuerint: prohibetur enim in illis celebratio Divinorum mysteriorum, usque dum reconcilientur, hoc est, aqua benedicta, vino & cinere permixta, una cum certa verborum formula, in Pontificali Romano præscripta, in parietibus & atrio abluantur cap. si motum 19. & seq. de Consecrat. Dist. 1. cap. consuluisti 7. cap. ult. de Consecrat. Eccles. cap. n. eod. in 6.

128 **E**aque reconciliatio de Jure Communi fit ab Episcopo cap. aqua 9. d. 1. præterquam si Ecclesia antecedenter non consecrata, sed tantum benedicta fuerit: tunc enim reconciliantem à simplici Sacerdote fieri posse, ob textum in d. cap. ult. eod. asserunt Panormit. ibid. n. 6. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 28. n. 57. P. König ad cit. tit. n. 18. P. Wiestner ibidem sub n. 28.

129 **P**olluitur autem Ecclesia I. per injuriōsam & notabilem humani sanguinis effusionem, vel occisionem, ex suffocatione, suspensione, vulneratione, vel etiam gravi percussione, in ipsa Ecclesia factam. Textus in cap. proposuisti 4. de Consecrat. Eccles. vel altar. cap. n. eod. in 6. Dixi I. injuriōsam. Si enim calu fordit, aut non ab homine, sed animal; aut ab homine

quidem, sed amente, furioso, vel alias sibi non compe-
 re; aut ex causa necessaria defensionis
 aliquid in Ecclesia vulneretur aut occidatur,
 aut sanguis ex alia & naturali causa effluat
 ex naribus aut alia parte, nulla sequitur pol-
 lutio, Abbas in *cit. cap. proposuisti* n. 2. Gonzalez
 in *cap. consulti* 7. n. 6. Pax Jordan *d. lib. 5.*
tit. 1. n. 30. & seq. Engel ad *cit. tit. 5. n. 6.*
 131 Wiestner *num. 35. & seq.* Dixi II.
notabilem. Nam sanguis effusus in rei veritate
 non censetur, ubi non magna copia, sed
 una tantum vel altera gutta, vel parva quan-
 titas diffillat, ut recte notat Abbas *cit. l. n. 3.*
 Pax Jordan *d. l. n. 46.* licet non requiratur, ut
 sanguis terram actu contingat per *cit. cap. pro-*
posuisti. Gonzalez *d. n. 6.* Dixi III. *vel oc-*
clusionem ex suffocatione &c. Si enim in Ec-
 clesia quis occidatur injuriose, sive cum vul-
 nere, sive sine vulnere; sive cum; sive sine
 sanguine, cum graviter dehonoriari cen-
 seatur, polluitur Ecclesia per textum in *d. cap.*
proposuisti & cap. si motum 19. de Consecrat. Dist. 1.
 Engel *d. n. 6.* Pax Jordan *d. l. n. 7.* König ad
cit. tit. n. 15.
 133 Polluitur II. per notabilem & voluntariam
 humani seminis effusionem; in Ecclesia factam;
 non habita distinctione; in Ecclesia factam;
 in persona propria, sive cum complice per
 textum in *cap. Ecclesie 20. de Consecrat. tit. Dist. 1.*
cap. significasti 5. de Adult. cap. un. de Consecrat.
 134 Ecclesie in 6. adeo ut etiam receptor sententia
 doceat, pollutionem evenire, si conjuges in
 Ecclesia conjugalem actum exercent ob
 generalitatem textus in *d. cap. Ecclesie 20. & cap.*
un. Nisi casus necessitatis & periculum in-
 continentia ipsos excuset. Gonzalez *cit. l. n. 7.*
 Engel *cit. l. n. 20.* Clariff. P. Babentuber *de*
Sacrif. Missa disp. 9. §. 1. sub n. 12.
 135 Polluitur III. per sepulturam hominis in-
 fidelis, non baptizati, haeretici, excommuni-
 cati denunciati, in Ecclesia factam *cap. Eccle-*
siam 27. & seq. de Consecrat. Dist. 1. cap. consulti-
fi 7. de Consecrat. Eccles. vel altaris. Gonzalez
 136 *cit. l. n. 8.* Nec antea fit reconciliatio, quam
 cadavera, illegitime sepulta, exhumentur;
cap. sacris 12. de Sepulturis. cap. adiac 5. de Pri-

§. II.

De Altaribus.

141 Secundo ad Res Sacras revocantur Altaria,
 quae sine dubio prius sunt consecranda,
 antequam immaculata Victimae, ac tremen-
 dum Missae Sacrificium in illis peragatur per
cap. licet non 11. cap. concedimus 30. cap. Altaria
31. de Consecrat. dist. 1. Clericatus *cit. l. de Sac-*
rif. Missa decis. 13. n. 34. in *n. seqq.* tria anti-
 quitatis exempla referens, S. Luciani Marty-
 ris, S. Theodoret Episcopi, & S. Apollinaris
 Episcopi, qui ex speciali Spiritus Sancti impul-
 su sine Altari Sacrosanctum hoc Sacrificium
 immolaverunt.
 142 Altaria sunt in duplici differentia, fixa &
 portatilia. Fixa, quae etiam firma, stabilia, vel
 mensa nuncupantur, sunt fabricae ex lapide vel

vileg. Si tamen infans, in utero matris adhuc-
 dum absconditus, una cum matre sepelitur,
 aut cathemenus in Ecclesia tumuletur, cum
 ille sit matri conjunctus; hic autem in via ad
 baptismum recipiendum existat, Ecclesia non
 polluitur. Pax Jordan ubi supra *num. 119.*
& seq. Gonzalez *d. l. num. 8.* Clariffimus
 P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. de Consecrat.*
n. 72. & seq.

Dixi in recentis casibus ter: in Ecclesia *sa. 137*
nam. Ut denotarem, Ecclesiam in hac odio-
 sa materia non accipi late, sed strictè, quate-
 nus includit interiore structuram, seu spaci-
 um, quod a tecto ad pavimento, & ab al-
 tari summo ad extremum parietem intercur-
 rit. Ut propterea si quadam actio inde *138*
 cens, ac pollutionis aliquo causativa, pon-
 neretur supra tectum Ecclesiae, vel subter ter-
 ram in cryptis, aut juxta Ecclesiam in sacristia,
 campanali, atrio &c. Ecclesia non cen-
 setur esse polluta. Gonzalez ad *cap. consulti* 7.
de Consecrat. Eccles. n. 7. Pax Jordan *tit. l. n. 78.*
& seq. item *num. 112.* Engel ad *cit. tit. n. 12.*
 König *num. 16.* Wiestner *n. 43.* Schambog-
 gen *n. 6.*

Quid si (quaritas) Ecclesiae pollutio *139*
 occulta, eritne nihilominus prohibita sacro-
 rum celebratio?

Resp. negativè. Ita enim per argumen-
 tum, ex *cap. significasti 5. de Adult.* delum-
 ptum, receptissimum Doctorum fert opinio,
 ex ea ratione, quod indententia ex parte Ec-
 clesiae, & horror ex parte fidelium, cujus in-
 titutu sacrorum celebratio interdicitur, subo-
 riri non videatur, quando vel nemo inter-
 fuit actioni, sanctitate loci dedecent; vel il-
 li, qui praesentes aderant, tacent, & quae vi-
 derunt, non manifestant. Pax Jordan *d. l.*
num. 61. & seqq. Gonzalez *d. n. 7.* Engel *n. 11.*
 Schambogen *n. 10.* Clariff. P. Schmalzgrue-
 ber ad *tit. de Ecclesiis. Consecrat. n. 82.* Quam-
 primum verò manifesta fit Ecclesiae pollutio,
 antehac occulta, quantocyus à sacris functio-
 nibus abstinendum, & ad reconciliationem de-
 veniendum erit per *cit. cap. significasti.* Pax Jor-
 dan *n. 66.*

Utrius-

145 Utriusque generis Altaria, ut Sacrificium
 in illis offerri possit, cum unctioe Chrisma-
 tis, diversò tamen ritu & modò, consecran-
 tur, Reliquis SS. in Sepulcho seu cavea illor-
 um reconditis *cap. de fabrica 24. cap. placuit 26.*
de Consecrat. Dist. 1. cap. adiac 1. de Consecrat. Eccle-
siæ, vel Altar. Quamquam enim his ingens
 vertatur inter DD. sine reposito SS. Reli-
 quiarum in Altari consecrando de essentia,
 uti legere est apud Pasqualigo *quest. 678. per*
 146 *tot.* Attamen ex generali Ecclesiae con-
 suetudine, in ipso Missae introitu per verba
quorum Reliquia hic sunt, abundè probatà, omi-
 titi non debent, absque licentia Sedis Apo-
 stolicæ, quæ per Sacram Rituum Congregatio-
 nem die 21. Aprilis 1668. respondit, concedi
 posse Episcopo Angulano, in cujus Civitate
 & Dicecesi à Suecis militibus supra duodecim
 millia Altarium Sacris Reliquiis erant spolia-
 ta, ut absque nova eorundem Altarium con-
 secratione, Reliquias Sacras in iisdem repo-
 neret. Clericatus *d. l. n. 30.*

147 Si quaras: quoniam Altaria perdant
 consecrationem ad hoc, ut denuò consecran-
 da sint? Resp. distinguendò inter fixa &
 portatilia. Altare fixum consecratione
 amittit, & denuò est consecrandum, vel quan-
 do movetur à suo loco; vel quando superior
 tabula seu mensa amovetur à pede seu stipite;
 vel quando sic destructum est, ut nequeat in
 eo Calix cum Patena ulterius consistere per
cap. si motum 19. de Consecrat. Dist. 1. cap. adiac

151 **A**D Res Sacras tertio referuntur Calix &
 Patena, seu Vasa, in quibus Sacrosanctae
 Mysteria Corporis & Sanguinis Domini no-
 stri JESU Christi, consueverunt, & continen-
 tur; adeoque ex merito per Sacram unctio-
 nem, juxta caeremonias Ecclesiae, Divinis usi-
 bus dedicanda *cap. tabernaculum 2. de Consecrat.*
Dist. 1. cap. un. §. ult. de Sacra Unct.

152 Tamen verò non pauci sentiunt, Calicem
 cum Patena per hoc solum consecrari, nec
 novà consecratione indigere, quòd aliquis
 bonà fide illorum ministeriò celebraverit;
 probabilis tamen sentiunt, qui cum Nicolio
 & Garuffio in *suprad. V. Calix n. 2.* contrarium
 153 tenent: quandoquidem consecratio specia-
 lim, ab Ecclesia praescripta, habet specialem
 vim consecrandi; sicut consecratio, pre-
 scripta pro Ecclesia, quæ non censetur verè
 consecrata, tamen Sacrosanctum Missae Sa-
 crificium in illa fuerit oblatum. Engel ad *tit.*
de Consecrat. Eccles. §. 2. n. 15. P. Wiestner *ib.*
num. 30. Clariff. P. Schmalzgrueber *n. 85.*

154 De horum Vasorum materia quondam in-
 terrogatus S. Bonifacius Martyr & Episcopus,
 si liceret in Vasculis ligneis, Sacramenta Altaris
 conficere? Respondit: quondam Sacerdotes auri
 ligneis calicibus utebantur: tunc à contrariis lignei
 Sacerdotes auri sunt calicibus. Textus in
 155 *cap. vasa 44. d. dist. Unde colligitur, pri-*

1. *cap. ligneis 6. de Consecrat. Eccles.* ubi Gonzal-
 ez *num. 14.* Barbola *cit. alleg. 27. n. 25. & seqq.*
 Clericatus *d. l. n. 31.* Engel ad *cit. tit. n. 4. & 5.*
 qui posterior in eodem *num. 5.* advertit, ex
 eo, quòd Altaris cornua tantum frangantur,
 consecrationem haud amitti per *cit. cap. ligneis:*
 cum unctio, quæ fit in cornibus, toti Al-
 tari censetur inesse. Altare portatile 148
 tunc execratum reputari, scribit *cit.* Clerica-
 tus, si tantoperè frangatur, ut Calicem & Pa-
 tenam sustinere non valeat. Addit Barbola
d. l. n. 25. execrationem fieri, quando vel si-
 gillum Sepulchri, existentis in lapide, move-
 tur, aut ipsum Sepulchrum à loco, in quo
 sunt Reliquiae, movetur. Sed, renitentes,
 Pasqualigo *quest. 691. n. 4.*

Petes: an Ecclesia sit iteratò consecranda, 149
 quando Altare tuit execratum; & vicissim,
 an Altare sit de novo consecrandum, quando
 Ecclesia fuit execrata?

Resp. negativè. Textus in *cap. adiac 1. de*
Consecrat. Eccles. ubi Gonzalez *d. n. 14. & seq.*
 Ratio est: quia & Ecclesiae & Altaris conse-
 cratio fiat per se principaliter, nec una alte-
 rius est accessoria. Ergo tamen si propter
 defectum subjecti vel formae moraliter inte-
 reat, potest tamen altera persistere. Textus,
 si qui oppositum innuere videantur, in specie
cap. si motum 19. & cap. de fabrica 24. de Consec-
rat. Dist. 1. per cit. cap. adiac seu declarat, seu
correcti sunt in verbis: licet quidam Canonis
aliud innuere videantur.

§. III.

De Calice & Patena.

156 mis Ecclesiae saeculis non tam ad materiam
 Calicis & Patenae, quam dignitatem personae.
 Sacrificantis Ecclesiam respexisse: quam-
 quam posteriori aetate ex rationabilibus causis
 eadem S. Mater Ecclesia prohibuerit I. ne Ca-
 lix & Patena conficeretur ex ligno *cap. Vasa*
in fin. & cap. ut Calix 45. ead. Dist. quia videli-
 cèt Sacer Christi Sanguis per poros ligneos
 imbibitur; II. ne fiat ex vitro vel crystallo
d. cap. ut Calix in fin. cum, sicut vitrò nihil fra-
 gilius, sic vase vitrè nihil in Altaris Ministeri-
 o sit periculosius; III. ne fiat ex aere, cu-
 157 pro, vel auricalcho *d. cap. ut Calix:* eò quòd
 istae materiae propter arguinem vomitum
 provocent; IV. ne fiat ex lapide *arg. d. cap. 158*
 in quo, cum nulla sit mentio de lapide, videt-
 esse exclusus, & minus habilis ad ejusmodi
 Vasa Altaris; quidquid contraponat Pasqua-
 ligo *de Sacrif. tom. 2. q. 768. n. 3.* Debet 159
 igitur Calix & Patena ex auro vel argento
 confici *d. cap. ut Calix, ut, quantò pretiosius*
 est Corpus & Sanguis Domini, tantò pretio-
 siora sint Vasa, in quibus aservatur *d. cap. Vasa*
44. in fin. Nec Rannum absolute admittit-
 tur, ut existimavit Pasqualigo *d. tom. 2. q. 765.*
num. 3. Nisi tanta exilliter Ecclesia pau-
 pertas, ut Calicem aut Patenam ex auro vel
 argento comparare non possit. *d. cap. ut Calix*
45. Sylvester in K. Calix n. 1. Tamburin

de Jure Abb. tom. 1. disput. 23. quest. 3. num. 1. & 2. P. Engel ad cit. tit. de Consecrat. Eccles. num. 6.

161 Execrantur hæc Vasa, quando taliter immutantur, ut antiquam formam amittant, vel inepta fiant ad Ministerium Altaris. Sylvestre d. l. n. 2. Engeld. n. 6. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 27. n. 57. Pasqualigo d. l. q. 779. n. 1. Unde si cuppa seu scyphus Calicis separatur a pede, consecratur Calix execratus, esto nulla in 162 scypho fractura appareat; Nisi fortitan pes à cuppa foret ex natura sua separabilis, & cuppa per se absque pede fuisset consecrata, & cuppa casu haberet se merè per accidens. Authores citati cum Tamburino d. l. n. 6. Pasqualigo q. 780. n. 4.

163 An autem, si Calix vel Patena propter aurum, ob temporis antiquitatem paulatim absumptum, noviter deaurentur, execrentur, & novà consecratione indigeant? Dubium, & ratio dubitandi triplex est: prima, quòd Calices & Patenæ de novo non consecrantur, si aurò abrasò, nulla sequatur inauratio; secunda, quòd, si parietes templi depingantur, aut dealebentur, similiter novà consecratio adhiberi non debeat; tertia, quòd major pars, quæ remanet consecrata, trahat ad se minorem. Sic cum aliis citatis opinatur Pasqualigo q. 782. per tot. Reiffenstuel ad cit. de Consecrat. Eccles. num. 46.

164 Sed affirmativa communior, in praxi usitata, & tuior est, inquit Nicol. & Garuff. in suscul. cit. V. Calix n. 1. eaque defenditur à Sylvestro cit. l. n. 2. Barbosa d. alleg. 27. n. 38. Tamburino de Jure Abb. d. tom. 1. disput. 23. q. 3. n. 3. Engeld. l. n. 6. Ratio est: tum quia Calix & Patena consecrantur in superficie; unde, cum superficies in deauratione immutetur, desinit prior consecratio, & facienda est 165 nova: tum quia utriusque consecratio fit principaliter in ea parte, quâ attingit Corpus

& Sanguinem Christi: adeoque eùm attactus fiat in parte, quæ obliatur aurò, in ea quoque, si nova fiat inauratio, & renovanda est consecratio.

Nec urgent rationes dubitandi. Ad I. Resp. Calicem & Patenam non execrari, quòd paulatim absumitur aurum: eò quòd in morali existimatione censetur esse idem Vas, eadem superficies, ac pars consecrata, quæ semper censetur maior, in se convertere non consecratam: at ubi ponitur nova deauratio, ponitur nova superficies, ac anterior consecrata destruitur.

Ad II. Resp. consecrationem in templis non tam superficiè parietum, quam ipsi parietum corpori inherere; non item in Calice & Patena, ut dictum. Ad III. Resp. vel negandò, quòd major pars remaneat consecrata, quando Calix vel Patena deauratur: quia, ut mox repetit vice notatum est, tota quasi consecratio est in sola superficie; vel sic distinguendò, quòd pars major trahat ad se minorem, si illa sit principalior; secus, si non illa, sed minor sit principalior. Sicut superficies in Calice & Patena ratione attachmentis Corporis & Sanguinis Dominici est principalior, quam ipse Calix vel Patena secundum se.

Cum Calice & Patena non exiguum similitudinem habet tum Vasculum seu Tabernaculum, in quo publice venerationi exponitur Venerabile Sacramentum; tum Ciborium seu Piasisilla, in qua Corpus Dominicum pro communicaturis asseratur: nam & hujus materia ex decencia eadem debet esse cum materia Calicis & Patenæ; & simul etiam consecrata; non quidem per consecrationem univèram, sed benedictivam simplicem. Tamburino cit. l. n. 7. Barbosa d. l. n. 41. Clariff. D. P. Bâbenstuber de Sacrificio Missæ cit. disput. 9. §. 3. num. 5.

§. IV.

De Campanis.

172 AD Res Sacras IV. recensentur Campanæ, quibus ex antiquissimo more (de quo eruditè Reverendiss. D. Clericatus de Sacrific. Missæ decis. 45. à n. 15.) antequam in Campanile transferantur, consecratio cum unctione propterea solet impendi, ut earum sonò populus ad laudes Divinas convocari, malignorum hominum & demonum insidiæ repelli, ac noxiæ tempestates fugari valeant, juxta tritum versiculum, à laudato Clerico de Sacram. Baptism. decis. 24. à num. 7. pulchrè explicatum. Laudo DEUM verum, plebem voce, congruo Clerum, Desunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

173 Contra hanc consecrationem heterodoxi familiari sibi consuetudine multa effutiunt scommata, & in specie criminantur, quòd Pontifici campanas baptizent. Verùm omnium calumnias funditus evertit P. Engel ad cit. tit. de Consecrat. Eccles. num. 7. & specialiter quoad

Baptismum Campanarum advertit Clericatus cit. decis. 24. num. 3. Campanas non baptizari, quasi eis conse atur Baptismi Sacramentum, sed ex eo, quòd abluantur, dum benedicuntur, unguantur Sacro Oleò, & iisdem nomina imponantur ad instar eorum, qui Sacramentum Baptismi suscipiunt.

De numero Campanarum quoad Religiosos Ordinum Mendicantium in Extrav. un. de Offic. Custod. inter commun. statutum est, ut unatantum Campana sint contenti. Nihilominus consuetudo (ut scribit Clericatus de Sacrific. d. decis. 45. n. 48.) universalis derogavit eidem Extravaganti: quia ferè omnes Religiosi Mendicantes, quavis stricteioris vitæ (exceptis PP. Capucinis) plures habent Campanas, ut ubique videmus; quam consuetudinem non esse improbandam, dicunt Angelus, Roeca, & alii &c.

Quantum ad locum, in quo pendere solent Campanæ,

Campanæ, in cap. patentibus 10. de Privileg. ordinatum est, in Oratoriis privatis non posse haberi Campanas: eò quòd Campanæ principaliter habeantur eum in finem, ut populus ad Sacra & Divina mysteria peragenda communiter convocetur; qui finis in Oratoriis privatis hòc ipsò, quòd privata sint, & privatum commodum respiciant, cessat. Abbas in cit. cap. in pr. Barbosa ibid. Clericatus d. decis. num. 59.

176 An Campanæ pulsari possunt, ut populus ad

arma convocetur? Quaritur; & respondeatur negativè cum Nicol. & Garuff. in suscul. V. Campan. n. 2. Ratio est: quia Campana, cum per Consecrationem ad usus Sacros fuerit destinata, non potest ad usus profanos, qualis est convocatio ad arma, detorqueri. Excipi-177 ter ab iisdem Authoribus tum casus necessitatis, quò non habetur aliud signum ad populum convocandum ad arma; tum casus pietatis, si populus Campana sonitu excitaretur ad preces DEO, pro fugandis hostibus fundendas.

§. V.

De Reliquiis Sanctorum.

178 AD Res Sacras reducuntur V. Reliquiæ Sanctorum, seu ipsorum siplana, cineres, ossa, & corpora: neque enim ulla res videtur esse sacrator, quam Reliquiæ Cœlestium Evergetum, ut pote qui DEO non quomodocunque consecrati, sed etiam intime conjuncti

Sic enim disertè sancitur in cap. auctorimus 1. de Reliq. & Venerat. Sanctor. ac sanctificatio seu canonizatio, tanquam una ex causis majoribus, fidem & toram Ecclesiam concernentibus, Summæ Sedis iudicio reservatur. Fagnanus ad cit. cap. n. 1. & 20. Gonzalez n. 3. & 7. Vincentius Petra commentar. Apolitic. tom. 1. pag. 532. n. 26. & seqq.

179 & uniti sunt. Unde etiam in cap. cum ex 20. d. 1. & l. nemo 3. Cod. de SS. Eccles. specialiter inhibetur, ne venales exponantur: eò quòd Res Sacre tam venditionem, quam contractum alium, in quo pretium, merces, aut alia res temporalis intervenerit, respuant ex n. 33. P. Westner ad cit. de Reliq. & Venerat. Sanctor. n. 9. & 2. seqq.

Antequam verò S. Pontifex ad sanctificationem aut canonizationem deveniat, accuratus & diuturnus processus præmittitur, nec ante 50. annos, ab obitu illius, qui in opinione sanctitatis decessit, modernò tempore regulariter absolvitur. Petra tom. 3. pag. 92. n. 4. & 5.

180 Quia tamen aliquando deprehensum est, circa Sanctorum Reliquias abusus quosdam accidisse: hinc, licet quoad privatam earum venerationem iustitiam unius Viri probati Authoritas, vel alia ratio prudens, quòd sint particula de Corpore quodam canonizato. Azor Insti. moral. p. 1. l. 9. cap. 8. q. 8. quoad cultum publicum opus est Autoritate Ecclesiastica.

Præcipuum autem punctum, quod in discussionem venit, est vitæ Sanctimoniam, & gratia miraculorum: nisi enim hæc duo copulative per concludentes probationes demonstrantur, quòd aliquis vitam duxerit, Vir tutum Theologicum & Moralem excellenti gradu perfectam; simulque vitæ Sanctimoniam miraculis comprobaverit, catalogo Sanctorum non inscribitur. Arg. cap. venerabili 32. de Testib. Petra tom. 2. pag. 211. num. 10. Quamquam probatio de excellentia vite fit, 188 facillior in Martyribus quam in aliis: quippe cum nihil aliud sit probandum, nisi quòd aliquis fuerit occisus ab aliis in odium fidei vel alterius Virtutis supernaturalis: nam, ex Oraculo Divino, majorem hereditatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Joan. 15. Petra tom. 3. pag. 94. n. 14. pag. 95. n. 21. pag. 129. n. 14. & seqq.

181 Quæres I. quisnam igitur pro Sancto sit habendus & colendus?

Authoritas tamen Ordinarii totaliter non excluditur: potest siquidem Ordinarius inquirere in vitam & miracula, adhibitis in consilium Theologis, & aliis Viris piis & peritis, ad mentem Concilii Trid. cit. sess. 25. in decreto de Venerat. Sanctor. in f. facta tamen inquisitione, totum processum ad Summum Ecclesiæ Tribunal transmittere tenetur. Videatur post Petram tom. 4. pag. 14. & seqq. Gonzalez ubi supra n. 8. Clariff. P. Schmalzgrueber ad cit. de Reliquiis & Venerat. Sanctor. n. 23.

182 Quæres II. quis pro Beato sit tenendus? & quæ differentia sit inter Sanctum & Beatum?

Resp. I. pro Beato tenendum esse, qui ex speciali concessione S. Pontificis ab aliqua provincia, Ordine, vel loco, tanquam in Cœlis est, cultu quodam publico, v. g. recitatione

183 Resp. cum certa & Catholica sententia, eum pro Sancto habendum & colendum esse, quem numero Sanctorum adscribit S. Pontifex; atque, ut ab omnibus fidelibus ut talis agnoscat, & honoretur, publicè declarat, & præcipit, & statuit. Dico: Summus Pontifex

184 Resp. cum certa & Catholica sententia, eum pro Sancto habendum & colendum esse, quem numero Sanctorum adscribit S. Pontifex; atque, ut ab omnibus fidelibus ut talis agnoscat, & honoretur, publicè declarat, & præcipit, & statuit. Dico: Summus Pontifex

185 præcipit, & statuit. Dico: Summus Pontifex

tionē Divini Officii, celebratione Missæ, expositione Reliquiarum ejusdem celebrari, coli, & honorari potest. P. Reiffenstuel *cl. tit. n. 3.*
 191 Dico 3 Pontificis: hujus enim Autoritati Beaticatio, perinde ac Canonizatio, hæc ætate reservata manet; servatis ferè iisdem, quæ servari consueverunt in Canonizatione; quantumvis olim Episcopis permissa fuerit. Gonzalez d. l. n. 8. & 9. Reiffenstuel d. l. num. 6. & 9.

192 Resp. II. differentiam inter Sanctum & Beatum esse, quoddam illud quovis cultu publico ab universis fidelibus honorari possit & debeat; iste non debeat, sed possit, non ab universis fidelibus, sed tantum à certa provincia, Ordine, vel loco, cultu publico, non qualicumque, sed specialiter à Papa determinato cultu honorari: licet de cætero ab omnibus pro Beato,

Amico DEI, & Cælorum incolæ haberi & crediti debeat. Gonzalez d. l. n. 6. Reiffenstuel *cit. l. num. 5.*

Quæres III. cujus auctoritate Sanctorum Reliquiæ possint ab uno loco in alium transferri?

Resp. auctoritatem Episcopi sufficere per textum in *cap. corpora 37. de Consecrat. Dist. 1.* Fagnanus in *cap. ult. de Reliq. & Venerat. Sancti. n. 15.* Pirhing *eod. tit. n. 17.* Schambogen *ib. n. 19.* Westner *n. 16.* Nec enim hæc translatio est una ex causis majoribus, ut S. Pontifici reservata videri debeat. Postquam quæ Reliquiæ intra eandem Ecclesiam & Monasterium ab uno loco ad alium ab Abbate Monasterii transferri, novissime docuit & probavit Reverendiss. Clericatus, de *Jurisdic. discord. 5. per tot.*

§. VI.

De Vestimentis & Paramentis Ecclesiasticis.

195 **A**D Res Sacras VI. adleguntur Vestimenta & Paramenta, tam ad Altare, super quo Sacrosanctum Missæ Sacrificium litatur, instruendum, quàm ad Sacerdotem & illius Ministros, Sacrificium obeuntes, ornandos accommodata: neque enim fas est, absque talibus Vestimentis aut Paramentis consecratis Sacrificium peragere *cap. Ecclesiastica 9. Dist. 23. cap. Altaris pallas 39. cap. nemo 40. cap. Vestimenta 42. de Consecrat. Dist. 1.* Clariss. P. Babensuber *cit. disp. 9. §. 2. n. 5. & §. 3. num. 6.*
 196 Consecratio autem Vestimentorum & Paramentorum non est unctiva; potestque per generalia privilegia & Cardinalium Declarationem; quam adducit Gallemart ad Concil. Trident. *sess. 23. de Reform. cap. 16. sub num. 1.* à Prælatibus Regularibus exerceri.

Hæc Vestimenta & Ornamenta, quàm diutius retinent formam & figuram veterem, retinent quoque suam consecrationem, esto pars aliqua non-benedicta sibi profanò fuerit adtracta per argumentum *ex cap. quod in dubiis 3. de Consecrat. Eccl. Tamburin. d. to. 1. dist. 22. q. 4. n. 1.* Amittunt verò consecrationem una cum forma & figura veteri, veluti si ex stola sit manipulus; debentque eapropter de novo consecrari. Tamburin. *d. n. 1.* Et si vestitustate sint attrita, vel ita destructa, ut Divinus servitio non amplius quadrant, comburenda sunt, ac cineres in loco separato, ad quem non patet Sæcularibus accessus, sunt recondendi *cap. Altaris 39. de Consecrat. Dist. 1. Tamburin. num. 2. P. Engel sæpe *cit. tit. num. 8.**

§. VII.

De Cæmeteriis.

200 **D**emum ad Res Sacras numerantur Cæmeteria seu dormitoria, in quibus corpora Fidelium Defunctorum requiescunt, dicta aliàs aræx, tumbæ, catacumbæ, cryptæ, arenariæ. Gonzal. ad *cap. Consulisti Cæmeteria 7. de Consecrat. Eccl. n. 2.* Nicol. & Garuff. in *fiscul. V. Cæmeterium n. 1.* ubi 43. celebriora Cæmeteria, quondam Romæ existentia, recensentur.
 201 Apud Gentiles (imò & Judæos) non erant talia Cæmeteria, sed quisque in eo, quò volebat locò, sepeliebatur, & locus ille religiosus dicebatur *ex num. 13.* Debebat tamen locus ille proprius esse *§. religiosum 9. Inst. de R. D. Alienus, communis, aut servitute si fuisset affectus, domini, loci, vel alterius, servitutem habentis, consensu opus erat l. Sabinus 28. ff. Communis divid. l. locum 2. §. 7. & 8. ff. de Religiof. Sumpr. fuit.* Alioquin conveniri poterat actio in factum de mortuo, non inferendo, ut vel cadaver illatum tollat, vel loci pretium præstet *l. si quis 7. in pr. ff. de t. quæ tamen electio non obtinebat in casu, quò po-*

prietarius in fundum, quoad usum fructum alteri legatum; aut socius in prædium commune fuerat illatus; sed tantum loci pretium exigere licebat *d. l. locum 2. §. 7. l. sunt persona 43. l. ult. in pr. & §. 1. ff. de t. Serv. exercit. ad pand. 15. ubi 78. & seq.* Sicut econtra is, cui jus inferendi mortuum, aut jus adificandi in suo competeat, & mortuum inferre, vel sepulchrum adificare prohibebatur; jubeatur editio Prætoris & interdictio de mortuo inferendo *l. prætor ait 1. in pr. & §. 1. & t. ff. de Mortuo inferendo.*

Sunt itaque Cæmeteria primitivè à Christianis inventa, & consecrata sui benedicti partim quia nonnunquam in Cæmeteriis à fidelibus primitivæ Ecclesiæ sacra fuerunt celebrata, veluti probat Gonzalez ubi supra *num. 2.* partim quia defunctorum animæ, prope Ecclesias sepulture, Sacrificiorum & suffragiorum citius participare ferri sperantur *cap. cum gratia 17. XIII. q. 2.* partim quia mortalibus suis mortuatis memoria vivaciùs representatur.

Polluitur.

205 **P**olluitur & reconciliatur Cæmeterium iisdem ferè modis quibus Ecclesia; imò polluta vel reconciliata Ecclesia censetur etiam pollutum esse Cæmeterium, Ecclesia contigua; licet à contrario pollutò vel reconciliatò Cæmeteriò non credatur Ecclesia esse polluta vel reconciliata *cap. un. de Consecrat. Eccl. in 6.* ex ea diversitatis ratione, quòd Ecclesia sit aliquid principale; Cæmeterium verò contiguum sit accessorium; possitque eam ob rem destrui accessorium, quin tanguatur principale; non item econtra. Passerin.

in *commentar. ad cit. cap. n. 2. & 3.* Barbosa *J. E. U. lib. 2. cap. 9. n. 9.*

Dixi: *Ecclesia contigua.* Nam Cæmeterium, ab Ecclesia separatum, per se stat, nec ullam ab eo dependentiam habet. Unde etiam per se reconciliatur ab Episcopo per aquam, solenniter cum cinere & vino benedictam, si fuerit antecesserit ab Episcopo consecratum vel benedictum: sin autem consecratum vel benedictum non fuerit, sed tantum Authoritate Episcopi sepulture destinatum, per alium Sacerdotem aqua exorcizata potest. Barb. *cit. l. n. 3. i.*

CAPUT II.

De Rebus Religiosis.

A Rebus Sacris dixerimus ad Religiosas, eas scilicet, quæ juxta *Caput præcedens n. 17.* Authoritate Ecclesiastica Divino Cultui, vel aliis usibus piis ac Religiosis sunt destinata per textum in *cap. ad hæc 4. de Religiof. Domib.* Dicuntur alias in *Jure Canonico Domus Religiosa, Ecclesia, vel Loca pia;* de quibus, ut justò ordine procedamus, in *I. Sæc.* Ecclesias Cathedrales, Collegiatis, & Regulares; in *II.* Ecclesias Parochiales; in *III.* Oratoria, & Hospitalia collocabimus.

SECTIO I.

De Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus.

SUMMARIA.

1. & seq. Duplex Ecclesia acceptio. 3. In presenti consideratur pro loco Religioso. 4. Describitur Ecclesia Cathedralis. 5. & 6. Ostenditur illius præcælerentia. 7. In prima erectione requirit assensum Pontificum. 8. & seqq. Docetur obligatio, Ecclesiam Cathedralis reparandi. 11. Describitur Ecclesia Collegiata. 12. Aliqua Collegiata vocantur insignes. 13. & seqq. An

solus Episcopus Collegiatam approbare possit? 17. Conjectura pro Collegiata. 18. Inducitur Ecclesia Regularis. 19. & seq. Referuntur tenus pro & contra in questione, an consensus Pontificus in erectione novi Monasterii requiratur? 21. & seqq. Defenditur negativa. 23. & seqq. Solvuntur Capitula & Constitutiones adversa. 29. & seqq. Subiunguntur quædam notabilia pro tali erectione.

§. I.

De Ecclesiis Cathedralibus.

1 **E**cclia potest accipi vel moraliter, vel materialiter. Moraliter accepta denotat Cædem Fidelium; sub uno Capite in unitate fidei congregatorum. *Ad. cap. 15. cap. 2. Ecclesia 8. de Consecrat. Dist. 1.* Materialiter accepta denotat loca, in quibus fideles ad officia Divina & Sacra Religionis exercitia conveniunt. *cap. Ecclesias 13. & passim d. Dist. Sæpiusque Basilica, Templum, Ades Sacre nuncupatur cap. si quis 10. d. Dist. Barbosa J. E. U. lib. 2. cap. 1. n. 4. in fin. Franciscus à Mostazo tract. de Causis piis l. 5. cap. 1. n. 10.* In hac posteriore significatione accipitur Ecclesia in præfenti, quatenus abstrahit à consecratione, & denotat locum Religiosum, auctoritate Episcopi constructum, ad normam & mentem Libri III. *Deverat. tit. 36. de Religiof. Dom. & tit. 48. de Eccle. adificando.*
 2 Primam considerationem inter Ecclesias, ita sumptas, mereatur Ecclesia Cathedralis, exin-

de sic dicta, quòd penes illam sit Cathedra, seu Sedes & Residentia Episcopi, cujus dignitas per Cathedram, tanquam Magistrorum & Doctorum insigne, designatur, prout etiam per Cathedram D. Petri Ecclesia Romana significatur, ut notat Eximius D. P. Corbinianus Kamm in supra commenda ta *Hierarchia August. cap. 2. Sect. 2. n. 8.*

Est hæc Ecclesia *Matrix*, seu princeps Ecclesia totius civitatis & diocesis *cap. venerabili 22. d. V. S. habetque cum omnibus Ecclesiis inferioribus concurrens forum Sacramentale, ita ut omnibus Diocesis ibidem Sacramenta ministrari possint.* Barbosa *cit. l. n. 18.* Engel *cit. l. n. 2.* Kamm *d. l. n. 6.* Et, si habeat sub se alias Ecclesias Cathedralis seu Episcopales, Ecclesia *Metropolitana* vocatur, per *cap. Cleros 1. §. Ordo Episcoporum Dist. 21. cap. provincia 1. Dist. 99.*

Ad illius erectionem requiritur consensus & Au-